





dit hic peccatum actuale formaliter, nec subiectum peccati formalis, quia hic est actus voluntatis, & non cogitatio, nec sermo, nec opus exterius; sed distinguitur hic tantum subiectum materiale peccati, & possit contineri illa diuisione peccati sub duplici membro, scilicet, quod quoddam est peccatum in actu interiori, quoddam consistit in actu exteriori; primo modo est peccatum cogitationis, secundo modo subuiditur, quia sic continet locutionem, & operationem, quia locutio maxime conuenit homini, ut est rationalis, & ut est homo, quia ut sic est communicatus, & sic circumloquimur actum exteriorem per duo membra, & debet intelligi diuisione positioe quo ad peccatum commissiōis, negativē quo ad peccatum omissionis in cogitatione, locutione, & opere. Ita Scot. loc. cit. Hac declaratione præmissa conueniunt DD. quod loquendo de hac diuisione in primo sensu comparando nimirum peccata cordis, oris, & operis in ordine ad idem obiectum, ut uelle occidere, inuitare ad occidendum, & occidere in hac acceptione, hæc peccata specie non differunt, sed peccatum in corde dicitur inchoari, ore profectum, opere autem compleri; & loquendo de hac diuisione in secundo sensu de diversis, scilicet, peccatis, quorum aliqua consummatur in actu interiori, ut odium Dei, & infidelitas; aliqua in ore, ut detractio, & contumelia, & alia in opere, ut homicidium, & furtum, & certum est peccata cordis, oris, & operis specie differre, quia habent obiecta formaliter diuersa, ut de se patet. Tota itaque difficultas est in explicando, qua ratione peccata cordis, oris, & operis multiplicentur specie, & numero, Pro cuius difficultatis resolutione.

85. Primum dicendum est, peccata cogitationis multiplicari specie ex diuersitate obiecti, siue materie specie diuersa, siue ex obiecto, & siue specie diuersis; & similiter etiam numero multiplicari ex parte obiecti, siue materie, licet aliquoq. sit unus tantum voluntatis actus, quando talis actus dicitur ordinem, & respectum ad obiecta numero diuersa. Ita deducitur ex iam dictis q. 4. huius disp. art. 1. de distinctione specifica, & numerica peccatorum; & quidem quo ad primam partem probatur a seferum ex variis exemplis etiam ibi adductis, ut uerbi gr. si quis alium occidere uelit, ut bona eius furripere possit, uel furari uellet, ut habeat unde de meretrici, in his enim, & similibus casibus, quauis unus sit voluntatis actus, duo tamen sunt peccata specie diuersa, quia in illo eodem actu dux reperitur malitia specie diuersa, nimirum homicidii, & furti, uel furti, & fornicationis, & eodem modo discurrendum est, quando in obiecto, & materia sunt dux prauitates, uel malitiæ contra diuersas specie virtutes, uel precepta, ut si quis uelit rem sacram furari, uel Sacerdotem occidere, uel post votum castitatis emillum cum forto rem habere. Quo ad aliam partem de multiplicatione numerica etiam probatur, quia sicut per obiecta specie diuersa actus inter se differunt specificè, ita etiam ex obiectis numero diuersis numericè distinguuntur, & peccata numero multiplicentur, unde si Petrus, u. g. eodem actu voluntatis tres homines occidere proponat, est triplex homicidii peccatum, & idem dicendum est de peccato omissionis, ut si quis uelit trium dierum Quadragesimæ jejunia prætermittere, uel tribus diebus festis Missam non audire, ut rectè discurret Caspensis cum pluribus aliis tr. de peccatis disp. 2. sect. 8. ubi etiam aduertit obiecta, ad hoc, ut numero peccata multiplicent, debere esse integra, ita ut totum constituant, nam in tali casu non sunt obiecta numero diuersa, & consequenter peccata numero non multiplicent. Ita Vasq. Azor. Caspensis, Aversa, & plures alii contra Navarum, Bonac. Fill. & alios dicentes, quod si quis uno actu desideret plures mulieres, aut plures homines occidere proponat, uel jejuniare nolit per totam Quadragesimam, uel non recitare officium per mensem, & similia, unum tantum numero peccatum committit, & non plura. Verum, ut aliqui ex citatis Auctoribus notant, hæc est lis parui momenti, nec multum ad rem refert, si in ullo uno malitiam assignes grauiorem necessario in confessione explicandam, cum unum hoc illis decem æquiualeat, proindeque obiecti grauitas in confessione exprimensda sit, quippe que actum in suo esse individuali constituit, sic enim ille unus actus æquiualeat pluribus, & sic saltem æquiualeat est plura peccata.

86. Secundo, quod spectat ad peccata oris, aliqui uolunt multiplicari specie, quando uerbum, seu sermo dirigatur ad speciem diuersam, ut si Petrus Paulum compellet Hereticum, latronem, adulterum, tria peccata contumeliæ specie distincta committit, & idem asserunt, si sermo dirigatur ad obiectum, quod duplicem habet malitiam specie diuersam, ut si quis alium appellet furem rerum sacrarum. Ita Sanchez, Vasquez, Caspensis, & alii nonnulli. Alii uero negant, & dicunt omnes præfatas contumelias eiusdem esse speciei, quia in una ratione formali

conueniunt; & quæ est intentio auferendi alteri honorem; unde aiunt sufficere in Confessione, si dicatur, toties contumelia affeci meum proximum, nec requiri quod exprimat appellasse illum hæreticum, adulterum, &c. Ita Mol. Emmanuel Sa, Bonac. & alii. Priorem sententiam probabiliorum censet, quia prædictæ contumeliæ uidentur specie distinctæ, non autem eiusdem speciei, quod enim in una ratione formali conueniant, quæ est intentio auferendi alteri honorem, probat solum, quod ueniunt in una ratione formali genericè, non autem specificè; alioquin omnes blasphemiz in Deum, & Sanctos essent eiusdem speciei, nec opus esset eas in confessione exprimere, quia conueniunt in una ratione formali, quæ est intentio auferendi honorem Deo, & Sanctis, imò, & de omnibus peccatis hoc idem asserti possent uniuersaliter loquendo, quia omnia conueniunt in una ratione formali, quæ est intentio faciendi contra præcepta, ac Deum offendendi, quod tamen aperte constat falsum esse.

87. Quod uero spectat ad pluralitatem numericam peccatorum oris, nec etiam DD. conueniunt. Aliqui enim negant multiplicari numero peccata, si quis uno ira impetu compellet alium ter, uel quater furem, & dicunt neque augeri numero conuicta pro numero eorum, quibus obiciuntur, si quis simul Deo maledicat, & duodecim Apostolis, dicunt non esse, nisi duplex maledictum in Deum, & in Apostolos. Ita Navar. in Manuali c. 6. cum quibusdam aliis. Affirmant alii in prædictis casibus peccata numero multiplicari, quia hæc conuicta uerbo complentur; ergo sicut cum primo latrone appellasti, semel peccasti, sic etiam cum secundo, & tertio, quia non est maior ratio de primo, quam de aliis. Confirmant, quia sicut si ter monitris, tria peccata committis; quoniam singula uerbo consummatur; ita etiam si ter alium latronem dixeris, tria erunt peccata, quia unumquodque suo uerbo consummatur. Deniq. si quis unico ictu tres homines occidit, tria uicque committit homicidia numero distincta, & in confessione aperienda, quia distinguuntur ex obiectis numero diuersis, quauis unico actu sint patrata; ergo hæc eadem ratio plura numero maledicta erunt in Deum, & Apostolos distincta ex obiectis numero diuersis, quia non est maior ratio, cur qui unico ictu tres homines occidit, tria peccata committat, quam qui unico sermone Deo maledicit, & duodecim Apostolis. Alii tandem, & probabilius cum distinctione procedunt, quando qui, pluribus personis iniuriam infert, plura peccata committit iuxta numerum personarum, ac proinde illarum numerum in confessione opus est explicare, non quia personarum pluralitas præse sit circumstantia speciem mutans, sed quia illi obiectum terminans, & determinans ipsam actum, ut aliquid ad ipsos substantiam spectans in individuo, cum autem actus ipse individualis in confessione sit exprimens, & hic sufficienter exprimi nequeat, nisi expresse personarum numero, sequitur numerum personarum esse exprimens. At uero si quis ter, uel quater continuato sermone alium appellat latronem; unum est contumeliæ peccatum, quia una est pugna, uel lis, unde licet tres illi actus uel quatuor sint mali, sunt tamen partes unius pugne, uel lites, idque probatur ex regula superius tradita, quod ad hoc, ut obiecta numero peccata multiplicent, debent esse integra, ita ut unum non sit pars alterius, nec omnia, tamquam partes, unum totum constituant, sic enim non consentur obiecta numero diuersa, & consequenter peccata numero diuersa non multiplicentur; patet quando quis cum altero dimicat, eumque ter, uel quater pugno percussit; aut uulnerat; tunc enim unum est peccatum, quia unica est pugna, cuius partes sunt uulnera illata. Ita Suar. Vasq. Henric. Bonac. Casp. & alii communiter.

88. Tertio, quod spectat ad peccata operis, conueniunt Doctores specie multiplicari ex obiectis specie diuersis, ut homicidium, furtum, adulterium, &c. item ex obiecto plures malitias specie distinctas habente, ut furtum rei sacræ, homicidium Clerici, & similia; ac tandem ex obiecto, & siue specie diuersis ut si quis alium occidat, ut bona eius furripiat, quæ omnia patet ex dictis q. præc. art. 1. explicando, unde sumatur specifica peccatorum distinctio. Numerica uero horum peccatorum distinctio sumenda est, uel ex actibus, & obiectis numero distinctis, uel si unus sit actus, dicitur tamen ordinem, & respectum ad obiecta numero distincta, ut si quis uno ictu plures homines occidat, plura numero homicidia committit, ut constat ex modo dictis. Et tandem, quando hæc peccata operis facta consumantur, tot sunt numero peccata, quot actus sunt, unus post alterum unde si quis ter, uel quater feminam non nuptam cognouit, post primum actum consummatum, alter, qui sequitur est distinctum numero fornicationis peccatum, quia est omnino alius, & diuersus, & siua per se turpitudine malus, & uictiosus, ac idem in confessione particulariter exprimens. Qui uero cum tribus feminis tria committit fornicationis peccata, dicitur non teneri tres fornicationes carnaliter cognouisse, sed satisfacit dicendo se tet

uisse fornicatum, nam actus fornicationis cæteris paribus eandem habet malitiam, siue committatur cum una, & eadem femina, siue cum pluribus, & diuersis eisdem rationis, & conditionis; quod notatur addidit, quia si femina non sint eisdem conditionis, ut si copulam habuit cum uirgine soluta, & conjugata, tunc exprimeret tenetur, sic toties cum uirgine, toties cum soluta, & toties cum conjugata rem habuisse, quæ istæ circumstantiæ speciem mutant. Verum tamen est, quod loc. c. diximus explicando, unde sumatur numerica peccatorum distinctio; quod actiones externæ, licet numero distinctæ, ad eundem tamen finem, & actum principalem relata, dummodo specialem præcedant, imò, & concomitantia, & subsequencia, tamquam complementa, & appendices operis principalis, unum numero peccatum conueniunt, ut Doctores communiter docent.

89. Postremo, quia in sensualitate quoque, seu in appetitu sensitivo potest esse peccatum, ut diximus art. præc. n. 80. ex Scot. ad dist. 42. q. 2. idem hic quoque disputari solet de motibus concupiscentiæ appetitus sensitivi, quomodo, & quando sint peccata; sed de hoc sufficienter, & ex professo tractauimus disp. 11. de præceptis Decalogi. 10. art. 1. ubi cum Doctores loc. c. & ex communi omnium sententia diximus motus sensualitatis, & concupiscentiæ alios esse primò primos, qui nimirum repente consurgunt, & excitantur, & omnem rationis considerationem præueniunt, ita ut nulla sit apprehensio, uel suspicio malitiæ, & hos diximus non esse peccata, quia non sunt in nostra potestate, nec sunt uoliti in seipsis, neque in causa, quia ut ait D. August. 3. de lib. arbit. c. 15. Non est in potestate nostra, quia uisus tanquam non est autem peccatum, nisi uoluntarium directè, uel saltem indirectè, id est, in se, uel in causis alijs autem esse secundò primos, qui, scilicet, motibus primò primis immediate succedunt, & cum aliqua rationis consideratione circa obiectum propositum de eius bonitate, uel malitia; & hos diximus esse posse peccata, si concupiscentia uoluntatis accedat; & esse peccata uenialia, quando imperfectè consentit in re graui, ac etiam quando perfectè consentit in re leui, quando autem perfectè consentit in re graui, esse peccata mortalia, atque idem duo requiri, ut aliquis concupiscentiæ motus sit peccatum mortale; primum est, ut motus turpis in re graui; alterum est, ut uoluntas perfectè consentiat; ad perfectum autem uoluntatis consentium duo etiam requiri, perfectam nimirum intellectus aduerentiam, & motum uel approbationem uoluntatis, quæ omnia sunt declarantur q. 10. c. a. 1. ubi etiam a. 2. agimus de delectatione morosa, de qua etiam à pluribus hic tractari solet.

QUESTIO SEXTA.

De Causis peccati, & excusantibus ab eo.

90. Certum est, & apud omnes indubitatam primam, & præcipuam peccati causam esse uoluntatem, quæ à Diuine legis regula recedit, & liberè delectat. Ita enim fornicatus uerbis docuit Aug. 1. de duab. anim. contra Manichæos c. 11. quando dixit peccatum sine uoluntate esse non posse, omni mens, apud se diuinitus confitebor legi. Sed quia præter uoluntatem sunt etiam alia quedam causæ uel externæ, tum internæ ad peccatum mouentes, & inducentes, in præsentia quæstione uelligandum est quænam sint ille.

ARTICULUS PRIMUS.

Quænam sint causa peccatorum.

91. Primum supponendum est peccatum aliquam causam habere, eum enim sit aliquid extra Deum suo modo existens in reum natura, consequenter ab aliqua causa debet dependere eo modo, quo causari potest. Unde Doctores communiter dicunt habere quendam causam per se quoad entitatem positiuam, quæ præsertim in peccato commissiōis reperitur; quo autem ad deordinationem, quæ in priuatione consistit habere causam tantum per accidens, quia priuatio non per se intenditur, nec per se causatur, patet in naturalibus; ignis enim causando per se calorem, causat per accidens frigus priuationem, qua ratione dicitur sole peccatum, prout in priuatione consistit, habere tantum causam deficientem, non efficientem, & ita discurret D. Thomas quest. 75. art. 1. &c. Hoc tamen intelligentem est physice loquendo, non autem in genere moris, siquit

dem, ut docet Vulpes noster disp. 136. art. 2. & 3. ex Scot. d. 38. infra E. loquendo in genere moris non accidit humano actui ex parte agentis deficere, uel non concordare suæ regulæ, si tale agens uoluntarium ex propria libertate à regula sua deficit, & illi non se conformat; & ratio est, quia non magis est per se in libertate uoluntatis conformare actum suum proprie regulæ, quam illum non conformare, ad eum non magis ex proposito conformitatem eius intendat, quam negationem conformitatis, nec magis per se primò ab ipsa pendeat concordia eius cum regula, quam negotio concordie, & recessus à regula; ergo loquendo in genere moris propriè, & rigore loquendo uoluntas non est causa causa est creata uoluntas, quia ut ait Diuus Augustin. loc. cit. Non nisi uoluntate peccatur, & ratio est, quia omne peccatum, idem est peccatum, quia uoluntarium, & liberè, utique à uoluntate creatur, & est actus, si est peccatum commissiōis, uel è uoluntate elicitus; uel saltem imperatus, & si est peccatum omissionis, est etiam à uoluntate, tamquam omittente, quia operari poterat, & debebat, alia uero potentie inferiores suos actus exsecrantes sunt causæ peccati, in quantum uoluntati subdantur. Sed quoniam præter uoluntatem sunt etiam alia quedam causæ tum externæ, tum internæ, quibus homo inducitur ad peccandum, de his præsertim hic discurrendum est.

92. Secundo conueniunt Doctores, & Patres duas esse causas externas ad peccatum mouentes, & inducentes, diabolum, scilicet licet & mundum, & in primis quod diabolus per suggestiones suas, & tentationes ad peccandum mouet, & inducat colligitur ex illo Sap. 1. Inuidia ad aboli mors introiit in orbem terrarum, & Jo. 8. ille fuit hominum L. & uirginis circens quærens quem deuerteret, quauis enim demon esse nequeat causa directa nostræ uoluntatis, aut uoluntatis, ut docet Scot. a. d. 1. quæst. un. a. r. ubi ait Angelum non posse intellectum humanum effectiue mouere ad aliquid intelligendi actum, neque uoluntatem ad aliquid agendum; potest tamen esse causa indirecta illorum, primò representando sensibus externis obiecta ad illos excitantia; secundò commouendo humores quibus homo mouetur ad iram, luxuriam, desperationem, &c. quod etiam docet Doctor ibidem art. 2. ubi ait posse Angelum interius infligare hominem, ut inducatur ad aliquid agendum, primò immutando exteriores sensus per applicationem rerum sensibilibus efficaciter illos immutantium; secundò interiores sensus, uel mediare per phantasmata à sensibus externis prouenientia, uel immediate offrenda nouum imaginabile aptum illa generare; tertio commouendo, aut perturbando spiritus, & humores quibus exciteret, & inducatur ad aliquid agendum. Hoc modo potest diabolus esse causa indirecta peccati, ex qua tamen diaboli tentatione nulla sequitur in uoluntate peccandi necessitas, sed semper remanet libertas, & potestas illi resistendi iuxta illud Jacob. in sup. canonica cap. 4. Resistite diabolo, & fugiet a uobis, in supponens non posse uim inferre. Quod uero spectat ad mundum hic etiam dicitur causa externa hominem mouens, & inducens ad peccandum, accipiendum, & intelligendum nomine mundi homines impios, & iniquos iuxta expositionem Augustini in Psal. 54. certum enim est etiam illos, siue suo malo exemplo, siue nefariis eorum persuasionibus ad peccandum aliquando alios inducere iuxta illud Eccl. Qui strigere picem inquitur ab eo, & qui communi uerba superbo, inducet superbum.

93. Tertio non defuerunt Hæretici afferentes Deum etiam esse causam, & motorem peccati, quod probant ex quibusdam Scripturæ locis, in quibus quedam peccata committi dicuntur ex Dei uoluntate, & ordinatione. Deinde, quia in pluribus etiam Scripturæ locis dicitur Deum inducere, excicare, &c. ut constat Exo. 7. Deut. 2. Iosue 1. Iosue 6. & ad Roman. 1. Denum ratione, quia qui est causa actus, ad quem sequitur priuatio, est etiã causa talis priuationis; sed Deus conueniendo cum uoluntate creata est causa actus, ad quem sequitur priuatio relictus, in qua consistit malitia peccati; ergo etiam est causa ipsius malitiæ, seu priuationis. Ceterum Deum non esse causam, & motorem peccati est ueritas Catholica manifestè ex Scripturis deducta, Psal. Non Deus uolens iniquitatem suam, Sapient. 14. Oculi sunt Dei impij, & impij uisus, S. Jacob. 1. Deus generator malorum est, ipse naturam, uinum uentis. Item hæc impietas damnata est in Conc. Arausico, can. 22. & 25. & T. id. sess. 6. can. 6. & à pluribus Patribus refutata præsertim à D. Basilio homilia integra, cui titulus est, quod Deus non sit auctor malorum, ubi probat æque impium esse dicere Deum esse auctorem peccati, ac Deum non esse. Tandem probatur ratione, quia Deus non est causa moralis, neque physica peccati, ergo nullo modo est causa illius, quia nulla alia causa est præter moralem, & physicam, probatur autem

gato; alii verò affirmant. Alii tandem media via procedunt dicentes ignorantiam concomitantem excusare à peccato opus externum, quod ex illa fit, non verò operantem, aut actum internum illius. Sed breviter distinguendum est, de ignorantia concomitanti vincibili, vel invincibili; si fuerit vincibilis, non excusat à peccato, quia potius accusat, & est peccatum; & ratio est, quia est voluta in sua causa immediata, scilicet, in negligentia inquirendi veritatem, ut qui intendens occidere feram, occidere inimicum, nulla diligentia adhibita, in hoc casu ignorantia non est causa peccati, quia si scivisset, nihilominus occidisset, sed est peccatum propter causam dictam, nempe quia voluit causam immediatam homicidii, scilicet, negligentiam investigandi veritatem, ut bene dicitur Angles in Floribus 2. dist. 22. quæst. 2. art. 3. dist. 1. si verò ignorantia comitans fuerit invincibilis, tunc à peccato excusat, & ratio est, quia ignorantia talis, est non facta actum involuntarium, quia non causat aliquid voluntati repugnans facit tamen non voluntarium quia non potest esse actu volitum, quod est ignoratum, & sic in huiusmodi actu non reperitur ratio voluntatis, sine qua peccatum nullum esse potest. Confirmatur quia actus ille, ex quo sequitur homicidium committitur per ignorantiam invincibilem concomitantem agitarior, seu venatori nullo modo imputandus est ad culpam, & homicidium idem secutum rationem peccati non habet, nisi rati habitio subsensu fuerit, quia de ratione peccati est, quod fit voluntarium, tale autem homicidium in casu prædicto nullo modo est voluntarium, non quidem formaliter, id est in se, ut patet, neque interpretative, id est in sua causa, quo tamen præfuit debita diligentia, neque virtualiter, quia agitarior, ex qua secutum est homicidium, non fuit ab animo ita, aut vindictæ imperata; sed ab animo venandi; ergo, &c. Notandum tamen addimus, nisi rati habitio subsensu fuerit, nisi illi placuerit occidere inimicum, esse mortale iuxta illud Proverbia 12. *Letantur cum mala fecerint.*

101. Dices, si ille sciret, adhuc inimicum suum occideret, ergo semper occiso inimico indirecte saltem est voluntaria, atque ideo peccatum in casu ignorantia concomitantis etiam invincibilis, quia occidit inimicum concomitantem etiam involuntarium, ut si inimicum esse cognovisset, nihilominus occidisset. Resp. cum Angles. c. quod hæc conditionalis, si sciret, dicitur agitarioribus latere inimicum, occidisset ipsum, potest supponi tamen haberi, aut formaliter tempore, quo mitit agitarior sciret, si in illo nemore lateret inimicum meum, libenter eum occiderem, & hoc modo homicidium tunc esset volitum, & consequenter peccatum, aut haberet in promptitudine animi, & dispositione habituali, ita quod si recorderetur inimici, formaret dictam conditionalem, quam non format, quia non recordatur, & in hoc casu conditionalis non efficit actum culpabilem, & ratio est quia solus actus est meritorius, aut demeritorius, & non solus habitus, præparatio autem animi solum facit naturam habitus. Quando igitur in argumento dicitur occidit inimicum, qui putat occidere feram, esse ita dispositum, ut si inimicum esse cognovisset, nihilominus occidisset, atque ideo homicidium esse ad culpam imputandum, neganda est consequentia, quia sic est dispositus tantum habitualiter, non actualiter, quod ad presentem culpam homicidii nil refert, hominis enim, vel malitia actus non pendet ex habitu, sed ex actuali voluntate, pendet enim ex ea, quatenus est principium elicitorum, aut imperativum actus. habitualis autem voluntas in prædicto casu nihil elicit, vel imperat in ordine ad presentem inimici occisionem. Ex qua doctrina solvi possunt omnia, quæ contra nostrum assertum solent obijci.

102. Quarto est difficultas. An ignorantia vincibilis, quæ est causa peccati, sit in se ipsa peccatum, & habeat specialem malitiam præter malitiam peccati, cuius est causa. Varii quoque in hac difficultate sunt modi dicendi, sed breviter dicendum est, quod ignorantia vincibilis, quæ est causa peccati, semper est peccatum, sive ratione sui, sive ratione negligentia ad sciendum, & est speciale peccatum distinctum ab eo, quod fit ex eadem ignorantia. Ita Alensis, D. Bonavent., & alii antiquiores 2. d. 22. & Recentiores ex nostris Angles loc. cit. art. 2. diff. 1. & Vulpes disp. 137. art. 2. ex Scoto 4. dist. 6. qu. 8. Quoad primam partem probatur, quia hæc ignorantia est vincibilis, ergo culpabilis, idem enim est ignorantiam esse vincibilem, ac esse culpabilem, sicut est contra idem est ignorantiam esse invincibilem ac esse inculpabilem. Confirmatur, quia ignorantia actualis, de qua præfuit hic est sermo, est carentia actus debiti, scilicet scientia actualis, vel consideratio aliquid rei, scilicet, mysteriorum fidei, vel rerum spectantis ad officium cuiuscumque hoc enim ratione huiusmodi ignorantia vocatur inconfidens, ratio, est ergo in se verum peccatum omissionis, & contra præceptum affirmativum sciendi talem rem. Quod etiam sit speciale peccatum distinctum ab eo, quod fit ex eadem ignorantia,

probat, quia ignorantia vincibilis articulo fidei est mortale peccatum secundum se, quamvis nullum aliud peccatum inde sequeretur; & ratio est, quia cum credere sit sub præcepto qui enim non creditur, condemnabitur, profecto, qui non habuerit fidem articulo propter ignorantiam culpabilem, sive vincibilem, erit huius præcepti reus, & est consequenter mortaliter peccabit. Et eadē est ratio de ignorantia carum rerum, quæ tenetur scire propter operationem, ut sunt v. g. tempus, quo obligant præcepta jejunii, Confessionis, Communio, & similia, quicquid dicit Lezana disp. 9. quæst. 2. ubi ait tamen ignorantiam non esse speciale peccatum distinctum ab eo, quod committitur propter ipsam. Quod autem eadem sit ratio quoque hanc rerum probatur, quia ignorantia culpabilis in eo, qui ignorat aliquid præceptum Ecclesiasticum, sive præceptum aliud ad fidem statum pertinens secundum se est mortale peccatum, & ratio est, quia ut Angles loc. cit. scientia dictorum est necessaria ad cavendum mortale, & cum laborans tali ignorantia in certissimo periculo peccandi mortaliter constituitur, erit talis ignorantia secundum se mortale peccatum, cum sit certissima occasio peccandi mortaliter. Ad quam autem peccati speciem revocetur talis ignorantia, & cui virtuti opponatur, est sermo communis opinio esse peccatum oppositum præcepto, & virtuti, ex qua homo tenetur aliquid scire, vel facere, nam exponit se periculo sciendi contra præceptum talis virtutis non curando ipsius cognitionem, & scientiam, ut in exemplis adducta ignorantia temporis jejunii opponitur temperantia, vel abstinentia, ad quam pertinet jejuniu, ignorantia articulo fidei est speciale peccatum contra virtutem fidei, ex cuius præcepto tenetur homo ipsius mysteria scire. Satis etiam probabile est opponi virtuti studiositatis, ad quam pertinet inclinare voluntatem, ut moveat intellectum ad acquirendam scientiam rerum, quas homo scire tenetur.

103. Quinto tandem est difficultas. Quarum rerum ignorantia sit vincibilis, aut possit esse invincibilis, & difficultas est de iure naturali, & positivo divino, vel humano. Et quidem de iure positivo humano certum, & notum est facile contingere posse, & solere invincibilem ignorantiam, sive fit jus positivum civile, sive Ecclesiasticum, & ratio est, quia non omnes tenentur scire jus positivum, non enim colligitur necessario ex principiis universalissimis juris naturalis, ut præcepta Decalogi, sed solum ex beneplacito legislatoris tale jus dependet; unde qui inculpabiliter ignorat legem, qua cavetur ne frumentum vendatur ultra prævium a lege definitum, neque erit reus iniustitiae, neque ad restitutionem tenebitur, & qui ignorat catalogum aliquos liberos prohibentes, si ob ignorantiam invincibilem librum prohibentem retineat, vel qui oblivis est libri, vel quia consulti peritiores, qui forte catalogum ignorabant, in hoc casu excommunicationem non contrahunt, nec in aliis casibus similibus. Ita Angles loc. cit. diff. 5. qui tamen recte subdit, neminem posse ignorantiam invincibilem habere eorum, quæ sunt iuris positivi, & frequentissime omnibus nota, unde qui percutit Clericum est excommunicatus, & peccat, qui in Quadragesima comedit ova, & lacticia, & ratio est, quia horum ignorantia culpabilis ceteri debet, cum sint hæc lippis, & consoribus nota. Loquendo verò de iure positivo divino, communis hoc tempore est Theologorum sententia, ut refert A. vera quæst. 76. sect. 4. dari posse in inferis in partibus orbis præsertim a Christianitate remotis, qui omnino invincibiliter totam fidem Christianam ignoret, eumque proinde, si in tali statu moriatur, non fore damnandum ob peccatum iniustitiae, sed ob alia peccata contra legem naturæ, & ita expressè docuit Divus Thomas 2. 2. qu. 10. art. 1. ubi ait, in inferis in his, qui nihil audierunt de rebus fidei, non esse peccatum, & tales in inferis non damnari propter culpam contra fidem, sed propter peccatum originale, & alia peccata contra legem naturalem. Non desunt tamen gravissimi DD. negantes dari posse ignorantiam invincibilem fidei, & affirmantes nullum infidelem sine sua culpa ignorare posse mysteria fidei, quæ ad salutem necessaria sunt, quia hæc fides ad salutem necessaria potest haberi ab omnibus adultis, etiam gentilibus quantum est ex parte Dei, nisi ipsimet impediant, quod colligitur ex illo Joan. 1. *Iluminavit omnem hominem venientem in hunc mundum* ut jam diximus l. 3. sent. disp. 6. q. 15. a. 2. n. 390. de quo plura videri possunt apud Angles l. c. diff. 3. & Vulpes disp. 137. art. 2. Quod presentem verò rem spectat, & ad fideles docet Vulpes ibi ex Scot. 3. d. 25. q. 1. fideles omnes per ignorantiam invincibilem excusari non posse à culpa contra præcepta divina, sive de credibilibus, sive de agnibilibus in symbolo, & Decalogo contenta; posse tamen dari in aliquibus infidelibus ignorantiam aliquorum credibilium, & agnibilium invincibilem, & à culpa excusantem, ut potè facile cõtingit pueros, habentes tamen usum rationis, invincibiliter ignorare, se teneri ad præmittendam confessionem, vel contritionem ad suscipiendum Con-

Confirmationis Sacramentum, si habeant conscientiam peccati mortalis, nisi de hoc doceatur, & sic in aliis casibus. Quæ doctrina ab aliis, etiam Theologis passim traditur.

104. Denique loquendo de iure naturali dicendum est cum Thoma q. 94. art. 6. ex Scoto 3. d. 37. quæst. un. S. *Ad questionem* quos alii Theologi passim sequuntur, universalissima ipsius juris naturalis principia ex terminis nota, vel conclusiones, necessarium ex eis sequentes, quæ sunt strictissime de lege naturæ, obligant homine adulto invincibiliter ignorari non posse, cum julmodi sunt hæc. *Bonum est faciendum, malum fugiendum, non in ipsi injuriam inferendam, sunt enim hæc universales, & per se non in humanarum actionum regulæ unicuique hominum naturaliter inhiære, ut docet D. Aug. l. 2. de lib. arb. c. 10. loquendo verò de iure naturali latius sumpto, & quod ad alia principia minus universalia, quod prædicto dicuntur aliqua esse de lege naturæ, quia sunt multum consona illi legi, licet non sequantur necessarium ex principiis moralibus, quæ sunt nota ex terminis, & omnimodè intellectui apprehendibiles sunt necessario nota; dicendum est ignorantiam invincibilem de illis in quibusdam hominibus esse potest etiam toto vitæ tempore, manifestum enim est quamplura esse iuri naturali repugnantia, & minime consona, quæ non solum ab indoctis, & rudibus, sed etiam à doctis, & ingenii acutissimi, & alii eruditissimi, ab utraque sanctitate præcellentibus viri, ut in eius collationibus habetur, existimantur mendaciam aliquando esse licitam ad bonum aliquid promovendum vel malum impediendum; imò etiam nunc quamplures doctissimi viri, ac in Theologia veratissimi inter se dissentunt de re aliqua ad jus naturæ spectante minus præse sumptum, ut patet in materia mercuræ, & de contractibus, in qua sunt multi contractus in usu penes multos, positi tamen in controversia inter Theologos, an sine liciti, & iusti, vel usurarii, & iniusti, & variè sunt sententiæ inter se oppositæ minus præstantibus affirmantibus, alii verò negantibus, unde sequitur quodam illorum, ignorantia invincibili juris naturalis laborare, quæ eos à peccato excusat, & omnes eorum probabilem opinionem sequentes in talibus contractibus.*

ARTICULUS TERTIUS.

De alijs causis interioribus peccati, scilicet, passione, & malitia.

105. Primo quod ad primam quæstionem partem, per passionem hoc loco intelligitur operatio appetitus sensitivi, quæ actio vocatur passio ratione immutationis corporalis, quæ huic actioni conjungitur, quod autem peccatum causetur etiam aliquando ex motibus, & passionibus appetitus sensitivi, refertur S. Scriptura Dan. 13. *Concupiscentia subvertit cor* Joann. Jac. 1. *Unusquisque tentatur à concupiscentia sua abstractus, & illudus, & Rom. 7. Servit legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ.* & captivatum me in legem peccati, unde peccatum ex passione illud est, quod oritur ex motione appetitus sensitivi trahentis voluntatem ad consensum, ac proinde eius libertatem diminuentis, siquidem, ut docet Scot. 2. d. 42. in solutione q. 3. appetitus sensitivus potest voluntatem movere ad quosdam actus indirecte, etiam ratione connexionis harum potentiarum voluntas nata est condelectari appetitu sensitivo; notatur autem dicitur hoc peccatum ex passione oriri ex motione appetitus sensitivi, trahentis voluntatem ad consensum, nam passio, sive motio appetitus circa voluntatem dupliciter se habere potest, nam aliquando antecedit, & quodammodo voluntatis consensum extorqueat; aliquando verò sequitur, & excitatur à voluntate, ut cum quis motum sensualitatis, & carnis concupiscentiam in se excitat, & solum primo modo peccatum ex passione constituit, de quo in præfatis est sermo non, sed ex malitia, quia tunc prima radix peccati non est passio, sed mala voluntas, quæ ex mera sua libertate passionem excitat, & hæc valde advertendum, quia inter utrumque peccatum magnum veritè differt, quia hoc posteriori multo gravius est, cum non impeditur, vel minuit voluntatis affectum, & passio excita turpē delectationem ferè potius augeat. Hoc autem peccatum, quod ex passione oritur, dicitur etiam ex infirmitate procedere, eo, quod passiones sint quædam veluti animæ agilitates, & infirmitates, potest autem passio dupliciter voluntatis consensum precedere, & quodammodo extorqueat, ut Scotus docet l. c. peccatum hoc vocat ex infirmitatem dictam à peccato ex certa malitia, ad quod voluntas movetur ex sola sua libertate, nulla præcedente passione in parte sensitiva, nec ignorantia ex parte intellectus, & 2. d. 37. q. 1. ad 1. ait hoc peccatum in nobis contingere pro hoc statu naturæ corruptæ ex vulnere pec-

ad malitiam sui actus attendere nequeat ob ejus vehementiam, nullum erit peccatum, ut contingit in motibus primo primis cum nulla sit rationis deliberatio, sine qua consensus voluntatis liber esse non potest; secundo ita ut passio iudicium rationis non tollat, sed illud tantum ex parte distrahat, aut impediatur, & tunc ratio sufficienter malitiam ipsius actus advertat, & tunc à peccato non excusat, illius tamen gravitate minuit, ut contingit in motibus secundum primis, & declaravimus q. 5. a. 1. n. 89.

107. Secundo inquit Doctor loc. cit. passionem, sed concupiscentiam non esse causam peccati directè, & per se, sed solum indirectè ex parte objecti, quod etiam docet D. Th. qu. 77. art. 1. concupiscentiam enim appetitus sensitivus sit quid materiale, & corporeum, non potest per se, & directè agere in voluntatem, quæ est potentia spiritalis, & a qua peccatum provenit, solum igitur indirectè est causa illius ex parte objecti ex eo, quod passio, scilicet concupiscentia est occasio, quod voluntas feratur in bonum illud sensibile, seu delectabile circa quod versatur ipsa passio, quod adhuc magis declarat, 3. dist. 15. quæst. un. S. *Quæritur ad secundum*, ubi ait voluntatem nostram moveri a passione appetitus sensitivi ex connectione eius cum illo, in quantum operatur pro statu isto dependenter ab illo, sufficit enim connectio hæc, & dependentia, ut delectabile conveniens appetitui sensitivo conveniat etiam quodammodo voluntati, & subdit voluntatem humanam moveri primo a passione appetitus sensitivi per distractionem, vel per impedimentum iudicij rationis ad exercitium suæ libertatis necessarium prærequisitum, & probat ex D. August. 14. de Civit. Dei cap. 16. dicente dolorem vehementem, vel summam delectationem in parte sensitiva utum rationis impedire, & ex Aristot. 7. Ethic. c. 9. dicente, quod delectatio vehementer furatur intellectum sapientissimè sapientis; ergo voluntas indirectè movetur a passione appetitus sensitivi ad operandum contra regulam rationis. Confirmatur, quia ut etiam docet Doctor quol. 18. art. 1. objectum voluntatis debet esse præcognitum, & practice iudicatum secundum principia prudentiæ, ut actus ejus sit honestus, & cum omnimoda immutabilitate elicitus, sed passio vehementer appetitus sensitivi impedit omnino, aut saltem valde perturbat usum rationis, & iudicium intellectus; ergo potest voluntas indirectè impediri ab appetitu sensitivo, ne agat secundum regulam rationis. Ita etiam dicitur Lezana disp. 9. cit. qu. 5. ubi ait passionem, seu concupiscentiam esse causam peccati indirectè duplici modo; primo quidem per abstractionem, seu distractionem eo quod cum tam phantasia, quam intellectus sint vires, & potentia ejusdem animæ, & invicem connectæ pro statu isto, dum phantasia advertit vehementer ad objectum sensibile, quod est objectum passionis appetitus, distrahit intellectum propter connexionem, & sympathiam harum potentiarum ad hoc, ut non consideret rationem mali, quæ est in tali objecto, sed tantum rationem boni delectabilis. 2. modo potest esse passio causa peccati indirectè illiciti, sed illiciti ipsam voluntatem ad objectum illud delectabile, & intellectum ad hoc, quod sub ratione boni convenientis illud proponat, qui duplex modus ex illo Jacobi 1. expressè colligitur; *Unusquisque tentatur à concupiscentia sua abstractus, & illudus* ubi prima particula *abstractus*, primum modum insinuat, & altera, intellectus secundum denotat cum enim passionem appetitus aliqua alteratio, seu immutatio corporalis humorum, membrorum, &c. committitur ad objectum illud delectabile inclinans, facile etiam unde provenit, quod voluntas etiam, trahatur ab ipsa, & consequenter ad peccatum, quia nata est condelectari appetitu sensitivo.

108. Tertio ex dictis inferitur peccata ex passione provenientia semper aliquem defectum in intellectu præsupponere, ratione cuius possint dici aliquo modo ex ignorantia procedere. Ita Scotus 2. dist. 43. qu. 2. & 3. dist. 47. art. 1. ubi affirmat peccatum ex passione appetitus sensitivi habere aliquam annexam ignorantiam, & ratio est, quia illa passio immutat phantasia trahit intellectum ad apprehensionem ejusdem sensibilis foriter illam immutat, ac insuper illicit voluntatem ad operandum circa illud idem; atque ita distrahit intellectum a consideratione malitiae, quæ est in peccato; hæc autem abstractio, vel distractio est quædam inconsideratio, aut defectus perfectæ cognitionis; ergo peccata ex passione facta semper defectum aliquem in intellectu supponunt, ratione cuius dici possint aliquo modo ex ignorantia procedere. Confirmatur ex Arist. 7. Ethic. cap. 3. & 10. ubi ait incontinentiam, id est ex passione peccante se habere sicut se habet semidormiens, vel temulentus; ergo habet aliquem defectum in intellectu. Et ibi d. Scot. l. c. peccatum hoc vocat ex infirmitatem dictam à peccato ex certa malitia, ad quod voluntas movetur ex sola sua libertate, nulla præcedente passione in parte sensitiva, nec ignorantia ex parte intellectus, & 2. d. 37. q. 1. ad 1. ait hoc peccatum in nobis contingere pro hoc statu naturæ corruptæ ex vulnere pec-

peccati originalis, quod reddit hominem infirmum a resistendum appetitui sensitivo immutato a presente sensibili contra ordinacionem rationis, donec per gratiam confirmatum in patria perfectè sanetur.

109 Quarto quo ad secundam quaestiu partem, peccatum ex malitia dicitur illud, quod committitur non ex ignorantia, aut passione, sed ex certa scientia, industria, & proposito, & ex plena libertate, & voluntate. Ita D. Thomas quæst. 78. art. 3. & Scotus 2. dist. 43. quæst. 2. quos passim alii omnes sequuntur. Quod autem peccatum causetur etiam ab ipsa malitia, seu pravitate voluntatis ita ut homo aliquando ex certa, & deliberata malitia peccet, constat ex Scriptura Job. 34. Quasi de industria recesserunt à Deo, & omnes vias ejus intelligere noluerunt, & ex Aristot. 7. Ethic. cap. 10. ubi peccatum ex passione vocat incontinentem, peccantem verò ex malitia vocat malum, seu malignum, unde Aristot. ibi vocat hoc peccatum ex electione, & Scriptura vocat peccatum ex industria, quia nimirum committitur sine ignorantia ex parte intellectus, & sine aliqua passione appetitus sensitivi. Confirmatur etiam ex Patribus, quia Augustinus, lib. 83. quæst. 26. inquit, quod præter peccata, quæ ex ignorantia contingunt, vel ex infirmitate passionis appetitus sensitivi, sunt alia, quæ contingunt ex sola malitia, & industria. Probarur tandem ratione, quia libertas in homine dupliciter maiori, vel impeditur potest, primo ex parte intellectus, & hoc facit ignorantia; secundo ex parte appetitus sensitivi, & hoc facit passio; ergo quando nec ignorantia adest ex parte intellectus, nec passio ex parte appetitus sensitivi, & adhuc peccatum contingit, tunc peccatum est plene liberum, & omni excusatione carens, ac proinde dicitur peccatum ex malitia. Unde inferitur peccatum ex malitia non dici tale, quia ex malitia antecedente peccato eo modo, quo peccatum ex ignorantia, vel passione procedit ex illis antecedenter se habentibus, sed solum dici peccatum ex malitia negativè, id est, non ex alia causa, quam ex libertate voluntatis, in malum consentientis; unde ipsa libertas voluntatis, quæ male sua vitur facultate, & à nullo sollicitate peccat, denominatione quadam extrinseca vocatur malitia, quæ de causa peccata ex malitia, cæteris paribus majorem habent culpam, ut infra dicemus.

110 Quinto, cum dicitur peccata ex malitia non accipere ex ignorantia, occurrit difficultas, an fieri possit, ut peccatum contingat sine ullo errore, aut defectu procedente in intellectu, ut significari videtur, quando dicimus aliqua peccata esse sola malitia. Et quidem inter Scholasticos valde communis est sententia asserens nullum peccatum contingere absque aliquo defectu in intellectu, quod probant ex Aristot. 3. Ethic. cap. 1. & 7. Ethic. cap. 3. ubi habet, quod omnis peccans est ignorans, & ex modo loquendi S. Scripturæ, quæ pluribus in locis dicit peccatores errare, errasse, vel inania, qualis autem esse debeat hic defectus in intellectu, necesse est præcedere defectum voluntatis, non conveniunt, & in varias sententias sunt diversi. Ita Thomæ omnes cum D. Thoma 1. p. q. 63. art. 3. & p. 2. q. 77. articulo. Oppositum docet Scotus 2. dist. 6. qu. 1. ad 2. & 3. d. 36. articulo. 1. ubi fuscè probat dari posse dictamina prudentie sine adibus virtutis moralis consequentibus, & consequenter defectum in voluntate sine prævio defectu in intellectu, idem docet D. Bonavent. 2. dist. 41. art. 3. in fine quæst. & d. 43. art. 1. quæst. 1. & sequuntur plures Receptiores Valentia, Molina, Becanus, Arriaga, Lezana, & plures alii, quorum fundamentum est, quia voluntas est libera quò ad specificationem, & exercitium; ergo potest omnimoda scientia excludente omne genus ignorantie, erroris, vel inconsiderationis, adhuc peccare potest, ac per consequens peccatum esse poterit sine ullo genere ignorantie. De hac controversia tractavimus ex professo l. 2. disp. 3. q. 3. ubi diximus, quòd regulariter loquendo, ut homo male operetur, aliquid ut plurimum procedit defectus in intellectu, non quicumque, sed præcisè talis considerationis defectus, quæ mortali certitudine quadam peccatum impedit; & ratio est quia malitia peccati tanta est, ut si perfectè pro viribus penetraretur, & consideraretur, certè detereret hominem à peccato, & in hoc sensu diximus in S. Scriptura omnia peccata tribui alicui defectu intellectuali, ut habetur Jerem. 22. de solatione desolata & terra, quia nemo est, qui reciperet eam. Ad idem tamen art. 2. simpliciter, & absolute loquendo nullum defectum esse necessarium in intellectu, ut sit defectus in voluntate, & tunc proprie, & in rigore dicitur peccatum ex malitia, quia quamvis regulariter, & moraliter loquendo semper aliqua inconsideratio, & inadvertentia peccatum præcedat physicè tamen, & ex natura rei non est hoc necessarium, cuius rei signum est, quòd multi peccant non solum cum remorsu conscientie, quòd est signum peccare omnimodè scienter, & cum advertentia omnium, quæ animadverti debent, sed etiam ex industria, & omnimoda scientia, de quibus intelligitur illud Job. 34. Quasi ex industria recesserunt

ab eo, qui modus peccandi propriè constituit peccatum ex malitia, prout distinguitur a peccato ex passione, & ignorantia. Cætera ad hoc punctum pertinentia videantur loc. cit.

111 Sexto, est difficultas, an peccata ex habitu vitioso commissa dici debeant ex malitia, aut potius ex passione. Afirmat Lezana cit. q. 6. cum pluribus aliis dici debere ex malitia cum D. Thom. qu. 78. art. 2. & 3. & ratio est, quia illud dicitur fieri ex malitia, quòd fit à voluntate ex seipsa, sed habitus est aliquid intrinsecum voluntati, & procedens ex actibus ab ea elicitis, & in ipsa intrinsecè receptis, passio autem est aliquid extrinsecum ipsi elicita, & intrinsecè recepta solum in appetitu; ergo quòd fit ex habitu dicitur fieri ab ipsa voluntate ex se, ac per consequens ex malitia, non ex passione. Scotus autem 3. d. 33. q. un. B. & 4. d. 14. q. 1. art. 1. 8. Dico, supponens ex actibus malis frequentatis habitum vitiosum in voluntate generari, affirmat quidem peccatum ex habitu remanere prout ad sequendam illam inclinationem vitiosi habitus, ut dicitur eligat bonum a ratione dictatum, & delectabiliter oppositum secundam illam inclinationem præcedentem, non tamen affirmat peccantem ex tali habitu peccare ex malitia, sed potius ex impotentia, ita ut ejus peccatum sit potius infirmitatis, quam malitiæ. Ratio est, quia peccatum ex certa malitia, ut notat Valdes disp. cit. ar. 4. proædit ex sola libertate voluntatis, ut nihil sit eam ad malum alliciens ex eodem Scot. 3. d. 43. q. 2. ar. ex habitu acquisito verè allicitor voluntas, veluti ex causa naturali ad peccandum facilius, & intensius adjuvante, & inclinante; ergo tale peccatum est potius infirmitatis, & impotentie, quam certe malitiæ. Confirmatur, quia magis est libera voluntas non male habituatà ad peccandum, & non peccandum, quam male habituatà: cum vehementer naturalis habitus per modum ponderis libertatem, & dominium actus imminuat; ergo peccatum ex tali habitu procedens potius infirmitatis est, quam malitiæ, quia non procedit ex omnimoda, & plena voluntatis libertate, sicut requiritur ad peccatum ex malitia. Denique tale peccatum est etiam ignorantia, & stultitia; quia ut ait Scot. 3. dist. 36. art. 2. habitus vitiosus ex actibus malis in voluntate genito respondet semper habitus stultitiæ genitus in intellectu ex frequentatis iudicis erroneis, ex quo dicitur omnis malus ignorans. Ad rationem in oppositum dicendum est, quòd voluntas tunc ex malitia peccare dicitur propriè loquendo, quando ex pura libertate eligit sibi malum sine impulsu occasionis extrinsecæ habitus autem malis ex frequentatis actibus malis acquisitus est inductivum extrinsecum; licet inhereret voluntati, in quantum accidens, & idèd peccatum ex habitu extrinsecè acquisitum est magis propriè infirmitatis, vel impotentie, quam certe malitiæ, unde difficultas ista est potius contentio de nomine, quam de re.

112 Postremò ex dictis concludendum est, peccatum ex malitia cæteris paribus esse majus, & gravius peccato ex ignorantia, aut passione, non quidem ex ratione, ut aliquid dixerunt, quia voluntas per tale peccatum intendit malitiam, vel malum sub ratione mali; hoc enim est impossibile, ut dictum est in l. de Anima disp. 7. q. 5. n. 99. & seq. sed quia ex certa scientia, & cognitione mali est ex se circa illud, & si sub ratione alicuius boni utilis, vel delectabilis, unde peccatum ex malitia est magis voluntarium, & liberum, cum voluntas committat illud ex seipsa, peccata autem ex ignorantia, & passione, non nisi ab illis inducuntur. Ex aliis vero duobus membris peccatum ex ignorantia ex suo genere levius est, quam peccatum ex passione, quia ignorantia minuit liberum, & voluntarium, passio verò licet minuat liberum, auget tamen voluntarium, & voluntatis conatum, tum quia facilius potest aliquis vitare peccatum ex passione, quam ex ignorantia, & ita de gravitate horum trium peccatorum discurrit D. Greg. 12. Moral. c. 16. ubi sic ait *Gravius quidem peccatur infirmitate, quam ignorantia, sed multò gravius studio, quam infirmitate, & ita etiam de peccato ex malitia, & passione discurrit Scot. 2. d. 43. q. 2.*

ARTICULUS QUARTUS.

De causis excusantibus à peccatis.

113 Primum constat ex dictis supra art. 2. n. 99. ignorantiam antecedentem invincibilem tam juris, quam facti à peccato excusare, & ratio est, quia ut ibi dicebamus, nullum est peccatum, nisi voluntarium, sed ignorantia invincibilis facit actum involuntarium, ut omnes etiam Philosophi docent ex 3. Ethic. cum voluntarium ut supponat cognitionem, & usus libertatis nostræ in cognitione, tam quam radice nitatur; unde à peccato excusatur, qui cognitionem aliquam, seu cognitionem legis habuit, vel aliquam advertentiam circa malitiam objecti, vel facti, sed adhibita morali diligentia veritatem rei attingere non potuit

potuit, & ob id ab eo non abstinet à quo abstinere tenebatur in tali enim casu ignorare peccata ignorantia invincibilis, ut patet ex dictis; etenim qui postea dubitatione, vel cogitatione præcepti, vel malitiæ operis, eam adhibuit diligentiam, quam vir prudens fulcienter tenebatur, nec illa ad culpam est imputandam, cum ex invincibili ignorantia factum censeatur, quæ a peccato excusat. Notatur autem hoc asserimus de ignorantia invincibilis malitiæ objecti, vel facti, quia ignorantia invincibilis peccata voluntarium non tollit, & advertentiam sufficientem ad legem, & prohibitionem, & factum prohibicum, & consequenter ad Peccatum, sed cum ignorantia invincibilis peccata advertentia juris prohibentis, ac facti prohibiti potest reperiri, & consequenter peccati, atque idèd ignorantia peccata a peccato non excusat. Ita DD. communiter, Azor. Sanchez, Valentia, Suarez, Reginaldus, Bonac. & alii passim.

114 Secundo conveniunt etiam Doctores, impotentiam adimplendi præceptum excusare a peccato, sive impotentia sit physica, ut quando quis in carcere clausus Missam audire nequit de festo; sive moralis, ut quando quis præceptum adimplere nequit sine gravi incommodo, & periculo gravis damni proprii, vel alieni, utraque enim impotentia est sufficientis causa excusandi a peccato; & ratio est quia ad impossibile nemo tenetur, & impossibilium non est obligatio. Impossibile est, quia ratio diximus supra disp. 12. q. 1. art. 3. ratione impotentie illos excusari a jejuniis, qui sine aliqua gravi incommodo, aut notabili damno jejunare non possunt; non enim cum tanto rigore fideles Ecclesie obligare intendunt, unde infirmi, convalescentes, & debiles jejunare non tenentur, & præsertim quando iudicium Medicorum intervenit. Hoc tamen DD. advertunt, quòd qui totum præceptum adimplere nequit, tenetur adimplere partem, quam novè se posse adimplere, modo sit pars notabilis, & censetur a superiore intentata. Ita Bonac. cum pluribus aliis disp. 2. c. q. 8. pun. 1. cuius ratio est, quia qui potest partem materie præceptam adimplere, si pars sit vidua, seu ab aliis indivisibilis & inseparabilis non habet sufficientem causam, qua ab obligatione illius partis adimplende excusatur iuxta regulam juris, qui non potest solvere totum, quòd debet, solvat quòd potest; notatur autem dicitur, modo sit pars notabilis, & a superiore intentata censetur, quia si pars sit parvi momenti, aut talis, quæ a superiore intentata non censetur, consequenter nulla censetur esse obligatio illius levis partis adimplende, quia subditus non obligatur ultra voluntatem, & intentionem superioris, & legislatoris, ut constat ex dictis supra d. 2. de legibus. Ex qua regula deducitur eum, qui ob infirmitatem, vel aliam rationabilem causam divinum officium recitare non potest totum, tenetur saltem ad eam partem, quam commòdè persolvere potest, modo sit pars notabilis, cum verò, qui lege aliqua, vel voto Domini Lauretiani, vel Romani adire tenentur ad quam loci impotentiam perire non potest, ad partem itineris, quam implere potest non teneri, quia talis pars a legis latore intentata non censetur, cum legislator solum intendat obligare ad iter illud peragendum ratio tenentium, quem supponimus ob impotentiam attingi non posse, licet pars itineris peragi, & confici possit, & sic dicendum in aliis similibus casibus, ut docet Suarez. Azor. Bonac. loc. cit. & plures alii. Quid verò dicendum sit de eo, qui voluntarie se conicit in aliquid impediendum, quo posito non poterit præceptum adimplere, an in eo casu ob impotentiam excusetur a peccato, patet ex dictis supra q. 2. a. 2. de peccato omnimodis in fine n. 35. de quo etiam potest videri Bonac. loc. cit.

115 Tertio, conveniunt præterea Doctores per vim absolutam alicui illatum excusari a peccato, dicitur autem vim absolutam, per quam homo omnimòdè invidus ad aliquid prohibitum faciendum, vel præceptum omittendum impellitur, nihil ad hoc conferente ipsius voluntate, ut quando femina trahitur ad carnale peccatum committendum animo omnimòdè repugnante, vel quis de festo violenter impeditur, ne adeat Ecclesiam ad Sacrum audiendum; visigitur absolutam in hoc sensu alicui illata a peccato excusat, & ratio est, quia ut supra dictum est, non est peccatum, nisi voluntarium; sed voluntarium excluditur, & impeditur, cum vim absolutam alicui inferatur, ut si, qui per vim absolutam aliquid facere cogitur, vel omittit, non consentit; ergo &c. Verum ne in iudicando de peccatis ex hac doctrina errare contingat, advertit Reginaldus lib. 11. cap. 6. in fine, ad istud violentie genus, per quod homo excusatur à peccato, duplicem resistantiam esse necessariam; unam ex parte voluntatis, hoc est, ut ipsa nolit violentiam inferri; si enim velit positive violentiam inferri, aut negative se habeat ita ut neque velit, neque nolit, sed suspensa maneat, non dicitur vim absolute pati, nec violentiam inferri; unde si femina neque volens, neque

que volens ad copulam carnalem trahatur, a peccato non excusatur. Alteram ex parte facultatis membrorum exteriorum, nempe, ut is qui vim patitur, quantum potest externi agentis contra se conatum impediatur, & propulset per fugam, aut clamores, aut alios externos actus ad resistendum idoneos, & accommodatos, unde si quis manu ab altero per vim arrepta trahatur ad Clericum percutiendum, & quantum potest trahenti, & vim afferenti non resistat, non excusatur à peccato, & si eum occidat, ab homicidio, quia in tali casu violentiam ab solute pati non censetur, & ita discurrit Bonac. loc. cit.

116 Quarto, conveniunt etiam Doctores, nullas metum per se excusare a peccato, & idèd quando quis timore inducitur ad faciendum aliquid illicitum, quamvis per metum minuat culpam, quia minuitur libertas; non tamen excusatur a culpa, quia sicut metus non tollit voluntarium simpliciter, ita nec liberum simpliciter ad culpam requisitum, & sufficientem, & ad summum excusari poterit quo ad gravitatem culpe, alleatur enim peccatum ejus, qui ex metu delinquit; quòd autem metus non tollat voluntarium simpliciter, probat Scot. 3. d. 15. q. un. lit. S. verè. *Ita credo falsum*, exemplo Mercatoris necesse in vomare prociens ad evitandum naufragium; quòd enim vomare absolutè, & efficaciter vult, & exequitur absolute est voluntarium; sed talis fuit, quæ ex metu fuit, ut constat in prædicto exemplo, etenim mercator metu ductus necesse in mari vult efficaciter progredere; cum re ipsa illas proliat, nihil enim magis absolute, & efficaciter volumus, quam quòd libere, & re ipsa facimus; quoniam verò huic efficaci voluntati annexa est displicentia inefficax, quæ eas proletere nollens, & de facto non proficere, nisi naufragium timeret, hinc illis, quòd ea, quæ metu fuit, absolute, & simpliciter sunt voluntaria, & voluntaria tantum secundum quid, & sub conditione, atque idèd si metu facit, quòd simpliciter malum est, simpliciter, & absolute peccat, quia operatio, quæ fit ex metu habet rationem voluntarii sufficientem ad peccatum. Notatur autem diximus nullum metum per se excusare a peccato, quia interdum potest excusare per accidens quando, scilicet, est tantum passio metus, ut turbato iudicio verè tollatur deliberatio, quæ ad peccandum requiritur, potest enim metus, quando gravis est, ad id iudicium turbare, ut non fiat illud libere operari. Est autem metus gravis, qui & cadens in constantem virum dicitur, præterea opinio mortis, aut alterius mali notabilis proprii, vel propinquorum persone, famæ, aut fortune probabiliter imminentis, unde ad gravitatem metus non sufficit quævis levis mali suspicio, sed requiritur presentia, aut probabilitas mali consensuata; ut jam diximus l. 4. disp. 7. de Magnitudine q. 4. n. 116. & seq. ubi etiam advertimus, quòd ut metus censetur gravis, vel levis, non solum consideranda est ratio mali, quòd imminet, sed etiam persona, & probabilitas, nam qui levis est viro constanti, & forti, facile censetur gravis imbecillo, ac muliebri, quòd enim viro constanti, & forti formidabile non est, formidabile tamen, vel puerò, aut seni formidandum merito videtur; ut etiam diximus supra disp. 4. de Contrahibus q. 1. ar. 1. n. 19.

117 Quinto addunt communiter DD. quòd quamvis transgressio legis ex quocumque metu oriatur sit culpabilis, quia essentia peccati in voluntaria legis transgressione consistit, sæpè tamen contingit ob periculum alicuius mali cessare in eo casu legis obligationem, & propterea tunc sine peccato fieri, quòd extrà illum casum esset peccatum; in tali autem casu opus excusatur a peccato non quia fiant ex metu, sed quia lex non obligat cum periculo talis mali, unde operatio ex talis periculo metu procedens non est transgressio legis, nec peccatum. Quando autem cesset obligatio legis ratione metus, vel periculi, communior, & probabilior Doctorum opinio affirmat, ratione mali gravis imminentis cessare primo leges humanas, quæ pendunt à libera voluntate Superioris, quia non est credibile legem humanam cum tanto onere obligare, cum enim rationabiliter operetur, non censetur velle obligare cum tanto dispendio, ut v. g. audiatur Sacrum, vel servetur jejuniis cum periculo vitæ; si tamen observatio legis humanæ ad conservandum bonum, aut averendum malum commune necessaria sit, quòd plures affirmant, quàm bonum privatum, qualis est vita propria, tunc lex illa obligat cum periculo vitæ, ut si, v. g. tempore belli Dux mandet militi, quòd à statione non recedat, item si periturus sint animi, nisi tempore pestis Pastor agros adeat; per accidens etià interdum accidere potest, ut lex humana obliget cum periculo vitæ, ratione alterius præcepti juris naturalis, aut divini concurrentis, ut v. g. si quis cogere vellet transgredi Ecclesie præceptum in Religionis contemptum, & odium fidei. Præceptum verò legis naturalis negativum prohibens rem intrinsecè malam violare non licet, ne quidem ob metum mortis: hac ratione mendacium in nullo periculo non potest carere malitia, quia cõ-

gratias locutionis cum interno conceptu, in qua hujus peccati malitia fundatur, eadem ratione in quavis gravi peccato perleverat periculo; idem dicendum de Idololorum cultu, & similibus. Notanter autem hoc dicitur de lege naturali rem intrinsece malam prohibente, quia multae leges etiam naturales, aut divinae, quae non prohibent rem aliquam intrinsece malam, non obligant in periculo gravis damnis, ut patet in primis de voto, quod licet debitum sit iure divino naturali, non tamen obligat cum periculo gravis incommodi; item de restitutione, quae licet iure divino, & naturali sit facienda, tamen non obligat cum longe maiori proprio detrimento, ac tamen de confessione, quae licet iure divino sit ante sumptionem Eucharistiae praemitenda, tamen non obligat simpliciter in omnibus casibus. Ita Henriquez Valq. Suar. Sanch. Azorius, Becan. Laym. Atriag. Salas, Clavis regia, & plures alii apud Bonac. loc. cit.

113 Postremo, in iure humano dispensatio legislatoris, vel parent potestatem habentis, facta ex iusta causa excusat a transgressione praeepti, & ratio est, quia cum sit auctor suae legis, potest quemvis ab ea excipere; unde si Petrus obtenta dispensatione aliquid faciat, quod praecisa dispensatione peccatum esset excusatur a peccato, quia non facit contra legem cum per validam dispensationem ab obligationis legis exemptus fuerit; sed etiam autem dicendum si dispensatio sit invalida, quia per talem dispensationem nullus ab obligatione legis eximitur, & consequenter neque ab eius transgressione excusatur. Ita Doctores communiter, quis autem, quomodo, & quando valde possit dispensare constat ex dictis supra disp. 2. de legibus qu. 6. art. 2. ubi de cessatione legis per dispensationem tractavimus. Quare, ac cessante causa dispensationis, cessat dispensatio ipsa. Affirmant aliqui, sicut enim cessat obligatio legis, quando illius causa, & ratio cessat, ita asserunt dispensationem dicendum, quod eius causa cessante, ipsa quoque dispensatio cessat. Negant alii, quia per illam dispensationem verè relaxata est illa lex, ac ejus obligatio extincta, ac proinde reviviscere nequit, sed quod causa cessaverit. Verum l. c. diximus in hoc puncto cum distinctione, procedendum esse, ac media via incidendum; si dispensatione redacta ad actum irrevocabilem cessat tota causa non ideo cessat, vel vim amittit dispensatio, v. g. si dispensatio fuit in impedimento consanguinitatis propter paupertatem fornicis, licet contracto matrimonio divitias obtineat, non est irritum, & idem est, si beneficium per dispensationem quis obtineat, & postea cessat causa, ob quam dispensatum fuit. At si dispensatio excusabat ab observatione alicujus praeepti, quod extenditur per tempus, v. g. jejunio in Quadragesima, vel ab horis Canoniciis diurnis propter aegritudinem, tunc cessante causa, cessat quoque dispensatio, quia nimirum ab initio supponitur data durante causa infirmitatis, & pro singulari illis diebus, quibus durabat infirmitas.

QUESTIO SEPTIMA.

De Effectibus peccati.

119 Post completam tractationem de causis peccati, nunc de ejus effectibus agendum est, certum enim est ut colligitur ex pluribus S. Scripturae locis, ac Patrum testimonio peccatum aliquos habere effectus; quosvis enim peccatum pro formalis sit nihil, aut privatio; pro materiali tamen actum positivum importat, & ita ratione illius aliquid potest habere effectum; immo etiam pro formalis inspectum adhuc aliquos potest habere effectus etiam non physicis, saltem moraliter, ut ex dicendis patebit, de his igitur effectibus in praesenti quaestione breviter est dicendum.

ARTICULUS PRIMUS.

Quomodo sint peccati actualis effectus.

120 Primum certum est, ac de fide per peccata actualia, & personalia singularum amitti dona Dei gratuita, atque adeo effectum esse peccati donis gratuitis spoliare; ita per peccatum mortale amittitur gratia habitualis sanctificans, & Charitas, qui non sunt habitus, vel virtutes realiter distinctae, sed una, & eadem virtus, ut ex professo ostendimus l. 2. sent. disp. 7. de Justificatione q. 6. ex Scoto 2. d. 27. ubi statuimus gratiam habitualement non esse habitum realiter à Charitate distinctum, sed tantum ratione, ita nimirum, quod quatenus nos Deo facit gratos dicitur gratia sanctificans, quatenus verò nos inclinatur, & pronos facit ad Deum diligendum Charitas appellatur, quod evidenter deducitur ex Conc. Tr. sess. 6. c. 7. ubi dicitur

hominem impium justificari dum per Spiritum Sanctum Charitas Dei diffunditur in corde ipsius, quibus verbis fieri mentionem de gratia sanctificante de se patet, quae per peccatum mortale amittitur; habitus verò fidei amittitur per peccatum infidelitatis, & habitus spei per peccatum desperationis. Quamvis autem per peccata venialia haec dona non amittantur, solum enim mortale est, quod ob sui gravitatem, gratiam, & amicitiam cum Deo solvit, & destruit, poenamque inducit aeternam; adhuc tamen per peccatum veniale, ut communiter docent Theologi servat gratia, & aliqua temporalis poena inducitur. Rursus docent Theologi peccata actualia auferre, vel impedire plurima auxilia divinae gratiae, quae ad bene operandum conferri solent, quoniam illis per peccata obicem ponimus. Immo aliqui existimant peccata adeo augeri posse, ac multiplicari, ut Deus quibusdam omne auxilium denegat in perpetuum. Communis tamen, & vera Theologorum sententia est, ac divinae pietatis verè consona, peccatoribus quibuscumque quamdiu in hac vita morantur, auxilia ad poenitentiam sufficientia numquam denegari, ut diximus l. 1. sent. disp. 5. de divina praedestinatione, & reprobatione.

121 Secundò, certum est etiam effectum peccati esse mentis quaedam, & deformitatem, quam anima per peccatum contrahit, & quae transacto ipsius peccati actu in ea remanet, donec justificetur, ita expressè colligitur ex S. Scripturae Iosue 22. Uique in praesentem diem macula hujus sceleris in vobis permanet, Jerem. 2. Maculata est iniquitate tua coram me, dicit Dominus Eccl. 31. Qui invenit esse sine macula, & illis Scripturae locis, in quibus peccatores appellantur immundi, coinquinati, sordidi, & ex Patribus, qui eodem modo loquuntur. Conveniunt autem Doctores hanc maculam esse habituale peccatum, quod transacto actu peccati remanet in peccatore, & censetur durare, ac perseverare, quousque per poenitentiam deleatur, & dicitur habituale peccatum eo quod veluti habitualiter remanet in anima post peccatum actu commissum; unde peccatum istud habituale distinguendum est à vitioso habitu, sed à prava illa inclinatione, & propensione, quae in anima generatur ex actibus peccati frequentatis, ac saepe repetitis, & ita remanet etiam postquam ipsa peccati macula per infirmionem Matth. 5. Qui dixerit fratri suo frater, non erit gehenna ignis, & Rom. 2. Tribulatio, & angustia in omnem animam hominis operantis malum. Haec autem poena, cum iuste à Deo sit decreta, supponit peccatorem illa dignum esse, illiusque reatum, per peccatum incurritur; reatus vero poenae duplex est, unus dicitur reatus poenae aeternae respondens peccato mortali nondum remisso, alter est reatus poenae temporalis respondens peccato veniali, ut mortali jam deleto, pro quo nondum satisfactum est, unde patet omne peccatum inducere reatum poenae, non solum quo ad dignitatem, id est, quod omne peccatum sit poena dignum; sed etiam quo ad ordinationem voluntatis Dei, & deputationem ad poenam, hoc est, quod nullum peccatum absque sufficienti recompensatione relinquatur. Verum est tamen, ut notat Averfa q. 87. sec. 2. non omnia peccata de facto plebenda esse, quantum in se merentur, siquidem Deus ex sua misericordia peccata remittit, & homo etiam per Dei gratiam satisfacti, ne patitur poenam pro peccatis alioquin sibi debitam, ut constat ex dicendis inferius de Sacramento poenitentiae. Quare dicendum est nullum peccatum absque sufficienti recompensatione relinquendum esse; quia nimirum pro omni peccato, vel subire poenam oportet illi debitam, vel exhibere Deo satisfactionem pro poena aequivalentem, considerata etiam superabundanti Christi satisfactione pro peccatis omnibus, quae nobis est divina misericordia remittitur, & ratio est quia ordo divinae justitiae petit, ut nulla culpa absque poena, vel satisfactione proportionata relinquatur.

122 Tertio itaque ex dictis q. cit. art. 6. in declaranda vera, ac germana Scoti sententia de peccato habituali, in quod consistit macula habitualis, de qua est sermo, dicendum est formale constitutum peccatoris esse reatum quendam, seu quendam obligationem ex actu peccaminoso contractam, qua statim ac aliquis peccat, realiter obligatur ad poenam peccato correspondentem, quousque poena illa soluta fuerit, vel remissa. Ita clarissime loquitur Doctor 4. d. 14. quaest. 1. art. 1. qui modus loquendi, ut rectè intelligatur, neque Adversario nempe sensus fit vobis ad advertendum est, ubi diximus, quod per huiusmodi reatum, & obligationem ad poenam duo intelligi possunt, nempe vel ordinatio, & deputatio ad poenam, quae est denominatio extrinseca, aut relatio sumpta ab actu divinae voluntatis, quo peccator ad actum peccaminosum procedentem deputatur ad poenam illi debitam, vel denominationem extrinsecam, aut relatio ab actu ipsi peccati, & merito de sumpta, quae est dignitas poenae, vel deputationis, ac ordinationis ad poenam, quatenus eo ipso, quod homo peccaverit, redditur dignus ex ipso actu peccati, quod ordinetur ad poenam. In primo sensu talis obligatio ad poenam dicitur simpliciter,

simpliciter, & absolute reatus poenae, ac in secundo sensu proprie dicitur reatus culpae, cui veluti passio consequitur ad ipsum actuale peccatum, & negat moraliter, vel habitualiter in peccatore etiam actu peccaminoso physice praeterito, quando dicitur Doctor l. c. statuit formale constitutum habituale culpae in reatu, & obligatione ad poenam peccato correspondentem, non loquitur de reatu primo modo inspecto, quo sensu simpliciter, & absolute dicitur reatus poenae, sed loquitur de reatu in secundo sensu, quo pacto dicitur reatus culpae, unde secundum Scotum macula, quae est alter effectus peccati, de quo hic loquimur, non consistit in obligatione ad poenam consequente actu divinae ordinationis, sed consequenter actum ipsum peccati, quae proinde dicitur dignitas poenae.

123 At obiciunt Adversarii, quod per habitum gratiae sanctificantis formaliter homo constituitur mundus, Sanctus, ac Deo acceptus; ergo per privationem illius erit formaliter immundus, & maculatus, & hoc est eorum praecipuum fundamentum.

Respondemus qu. cit. art. 2. gratiam posse dupliciter considerari, vel materialiter, ut est habitus quidam supernaturalis, vel formaliter sub ratione gratiae, quam formalitatem non participant, nisi quatenus per eam homo ordinatur ad Deum, ut ad finem supernaturalem, & habet ius ad gloriam; unde privatio contra gratiam in tantum est macula animae in quantum eam tali jure privatur, si autem tali jure privatur est macula animae, tantò magis ordinari ad poenam damnationis erit ejusdem macula; ita quoque ordinatio ad gloriam formaliter animae mundities, pulchritudo, & ordinatio ad poenam contra est immundities, & turpitudine, quoniam ex divina ordinatione humani modi formales effectus non exercentur modo, nisi mediante habitu gratiae, & eius privatione ideo dicebamus ibidem constitutionem gratiae materialiter saltem, & concomitanter ad constitutionem habituale culpae concurrere, non autem formaliter ob plures rationes l. c. adductas.

124 Quarto, praeter reatum culpae, in quo macula habituale consistit, est etiam alter peccati effectus, qui dicitur reatus poenae, ut patet ex modo dictis, certum est enim poenam aliquam peccatis hominum ex divina iustitia esse decretam iuxta illud Matth. 5. Qui dixerit fratri suo frater, non erit gehenna ignis, & Rom. 2. Tribulatio, & angustia in omnem animam hominis operantis malum. Haec autem poena, cum iuste à Deo sit decreta, supponit peccatorem illa dignum esse, illiusque reatum, per peccatum incurritur; reatus vero poenae duplex est, unus dicitur reatus poenae aeternae respondens peccato mortali nondum remisso, alter est reatus poenae temporalis respondens peccato veniali, ut mortali jam deleto, pro quo nondum satisfactum est, unde patet omne peccatum inducere reatum poenae, non solum quo ad dignitatem, id est, quod omne peccatum sit poena dignum; sed etiam quo ad ordinationem voluntatis Dei, & deputationem ad poenam, hoc est, quod nullum peccatum absque sufficienti recompensatione relinquatur. Verum est tamen, ut notat Averfa q. 87. sec. 2. non omnia peccata de facto plebenda esse, quantum in se merentur, siquidem Deus ex sua misericordia peccata remittit, & homo etiam per Dei gratiam satisfacti, ne patitur poenam pro peccatis alioquin sibi debitam, ut constat ex dicendis inferius de Sacramento poenitentiae. Quare dicendum est nullum peccatum absque sufficienti recompensatione relinquendum esse; quia nimirum pro omni peccato, vel subire poenam oportet illi debitam, vel exhibere Deo satisfactionem pro poena aequivalentem, considerata etiam superabundanti Christi satisfactione pro peccatis omnibus, quae nobis est divina misericordia remittitur, & ratio est quia ordo divinae justitiae petit, ut nulla culpa absque poena, vel satisfactione proportionata relinquatur.

125 Quintò ad dignoscendum, quanta sit poena cuiusque actuali peccato divinitus decreta, cum distinctione procedendum est: est si enim de peccato mortali sit sermo, certum est, ac de fide unicuique peccato mortali poenam aeternam, tam damni quam sensus esse constitutam, & quidem de poena damni, quae in beatificae visionis privatione consistit, satis collat ex illo Matth. 8. ubi de reprobis, & peccatoribus dicitur, quod eiciuntur in cinerem exteriori, de poena vero sensus ex eodem S. Mat. 15. Ite maledicti in ignem aeternum, de qua poena fere tractavimus lib. v. c. 4. de Damnationibus q. 6. ubi etiam advertimus, quod cum in S. Scriptura dicitur, poenam aeternam cuiusque peccato mortali esse constitutam, non solum de perpetuitate ipsarum poenarum quantum ad durationem, & extensionem id est intelligendum, sed etiam de earumdem poenarum intensione, & immutabilitate, ita ut nullam eorum immutationem damnati unquam habeant, ut nullum dicitur ex illo Isaia c. ult. Vermis eorum non morietur, & ignis non extinguetur. Quae vero ratione iuste Deus ob unicuique peccatum mortale, quod aliquando brevissimum, & quae momentaneum est, poenam aeternam decreverit,

& statuerit jam declaratum est l. d. 6. de peccatis q. 7. a. 2. n. 197. ex Scoto 3. d. 19. q. un. ad 3. & 4. d. 50. in fine, ubi ait poenam peccato mortali correspondentem non esse infinitam intensivè, sed extensivè, & quo ad durationem tantum, neque infinitae poenae duratio responderet peccato mortali ex propria natura, inquit Doctor, quia posset Deus absolute loquendo aliquid peccato mortali infligere poenam, quae sit tantum durare per momentum adhuc sufficienter peccatum puniret, sed hoc accidit ex ordinatione divina sic disponente, quia enim culpa, & peccatum durat in obstinata damnatorum voluntate, ideo quoque poena durat, ut docet D. Augustinus de fide ad Petrum circa medium dicens; permanente in eis iniusta afflictionis malo, poena nec nisi iusta retributionis dampnatio. Hoc autem non ita intelligendum est, ideo damnatos aeterna poena puniri, quia actu demerentur, postquam sunt in termino, neque quod actu puniantur propter illam malam voluntatem, cum enim sint in termino, non sunt in statu nec merendi, nec demerendi, sed ita intelligi debet ut, ibi explicavimus, quia quando erant in via, fuerunt in causa, ut quantum esset ex se ipsis, in tali statu semper permanerent, unde duratio illa in aeternum in peccato est voluntaria in causa, dum voluntarie decesserunt in tali statu, in quo poenitentiam agere non possunt, & ideo proportione servata etiam poena est in aeternum duratura, quod Doctor in 4. d. 46. q. 4. ad 2. explicat exemplo de servo se in foveam proiciente, & qua non possit nisi Domini auxilio exire, sic enim quantum est ex se voluntatem habuit interpretativam manendi poenam in tali statu. Solet etiam alia ratio assignari aeternitatis poenae, & est quia maxime expedit, ut peccata gravia, qualia sunt mortalia, vitentur, si enim esset spes finis poenae, non multo curarent homines de illa. Ita discurremus loc. cit.

126 Denique si de peccato veniali sit sermo, certum est de fide peccata venialia iustorum, neque in hac vita, neque in futura punienda esse poena aeterna, sed solummodo temporalis, sicut etiam de fide certum est homines iustos in accepta iustitia usque ad mortem perseverantes aeterna beatitudine non esse privandos. Solum est difficultas de peccatis illis venialibus, cum quibus peccatores, & reprobi ex hac vita decedunt, an, scilicet veniale mortali coniunctum puniatur in Inferno poena aeterna. Affirmant Thomistae cum D. Th. qu. 87. ar. 5. ad 3. poenam illam fore aeternam, non tam ratione gravitatis, quam irremissibilitatis ipsius peccati venialis ratione conjunctionis cum mortali, cum in Inferno nullus neque remissionis, neque redemptionis sit locus. Negant Scotistae cum Scoto 4. d. 15. qu. 1. & d. 21. qu. 1. afferentes peccatum veniale fivè in hac vita dimissum quo ad culpam, fivè non sola temporali poena etiam in Inferno puniri, licet cum mortali coniunctum, atque ideo veniale in Inferno dimitti posse, nedum quo ad poenam, sed etiam quoad culpam. Hanc quaestionem ex professo tractavimus l. d. 6. c. 7. ubi statuimus peccata venialia in Inferno non puniri poena aeterna sensus, sed tandem eorum poenam finire, & quidem de veniali in hac vita remisso quo ad culpam, non vero quo ad poenam, hoc docet etiam D. Th. 4. d. 22. q. 1. ar. 1. & ratio est, quia qui solvit rem, quam debet, a debito illius omnino liberatur; ergo damnatur, qui totam temporalem poenam veniali correspondentem patitur in Inferno, verè liberatur a debito illius poenae, cum, passione illius solvat, & patitur totum, quod solvere, & pati debebat. Nec obstat, quod in peccato mortali existat, quia Deus semper punit citra condignum, & essò quod secundum rigorem iustitiae puniret ad condignum, in omnino iustitiam esset aeternam poenam infligere pro veniali in hac vita remisso, cui secundum se poena temporalis deberetur. Idem dicendum est etiam de peccato veniali non remisso quo ad culpam, scilicet non puniri aeterna poena sensus, quia peccatum veniale, quamvis non remissum quoad culpam, tantum est dignum poena temporali, & determinata quam verè solvit qui patitur in Inferno, & passione illius temporalis poenae extinguatur debitum, seu dignitas illius poenae.

127 Neque obstat, solutionem poenae apud Deum debere esse satisfactoriam, passionem autem poenae debita damnatorum in Inferno satisfactoriam non esse apud Deum; illas in hac vita per realitates impatienter toleratas poenam restantem ex peccatis remissis quoad culpam solveremus. Non obstat, inquam quia etiam passione non satisfactoria quod potest apud Deum solvi poena imò, & punitivitas in hac vita etiam impatienter toleratis, si in punitionem peccati a Deo immitruntur, & ordinantur, l. c. late ostendimus. Sensus verò illius catholici axiomatis, quod in Inferno nulla est redemptio, ut etiam ibi diximus a. 2. est, quod nulla est spes inde evadendi, fivè ibi aliquid veniale remitti possit, aut aliqua poena venialis, etiam mortalis jam hic dimissi, fivè non. Alias verò objectiones contra hoc nostrum assertum vide solutas l. c. ubi etiam differimus, an veniale in Inferno remitti possit nedum quoad poenam sed etiam quoad culpam, quod est difficilissimum.